

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**M. Vitrvii ... De architectvra libri decem**

**Vitruvius  
Frontinus, Sextus Iulius**

**Argentorati, 1543**

"De septem sapientibvs"

[urn:nbn:de:bsz:31-128539](#)

M. VITRVVII  
DE ARCHITECTVRA,  
LIBER OCTAVVS.

**D**E SEPTEM SAPIENTIEVS THALES  
Milesius omnium rerum principium aquam est pro-  
fessus, Heraclitus ignem, Magorum sacerdotes aquam  
& ignem, Euripedes auditor Anaxagore, quem phi-  
losophum Athenienses scenicum appellauerunt, aëra  
& terram, eamq; ex coelestium hymbrium conceptionibus inseminatam,  
foetus gentium, & omnium animalium in mundo procreauisse: & que ex  
ea essent prognata cū dissolueretur, temporū necessitate coacta, in eadē  
redire: queq; de aëre nascerentur item in cœli regiones reuerti, neq; in-  
terioribus recipere, sed dissolutione mutata, in eandem recidere, in qua an-  
te fuerat proprietate. Pythagoras uero, Empedocles, Epicarmus, alijq;  
Physici et Philosophi, hæc principia quatuor esse proposuerunt, aërem,  
ignem, aquam, terram, eorumq; inter se coherentes naturali figurazione  
ex generum discriminibus efficere qualitates. Animaduertimus uero nō  
solum nascentia ex his esse procreata, sed etiam res omnes non ali sine co-  
rum potestate, neq; crescere, nec tueri. Namq; corpora sine spiriture= \*  
dundatia, non possunt habere uitam, nisi aër influens cum incremento se-  
cerit auctius & remissiones continenter. Caloris uero si non fuerit in cor-  
pore iusta comparatio, non erit spiritus animalis, neq; erectio firma, ci-  
biq; vires non poterunt habere concoctionis temperaturam. Item si non  
terrestri cibo membra corporis alantur, deficientur, et ita à terreni prin-  
cipij mixtione erunt deserta. Animalia uero si fuerint sine humoris po-  
testate, ex anguinata & exulta à principiorum liquore interarescent. Ig-  
tur diuina mens, que propriè necessaria essent gentibus, non constituit  
difficilis & chara, uti sunt margaritæ, aurum, argentum, ceteraq; que  
nec corpus, nec natura desiderat: sed sine quibus mortalium uita non po-  
test esse tuta, effudit ad manum parata per omnem mundum. Itaq; ex his  
si quid forte desit in corpore spiritus, ad restituendum aër assignatus, id  
præstat.

præstat. Apparatus autem ad auxilia caloris, solis impetus, & ignis inuentus, tutiorem efficit uitam: item terrenus fructus escarum præstans copias, superuacuis desiderationibus aliis & nutrit animalia pascendo continenter. Aqua uero non solum potus, sed infinitas usui præbendo necessitates gratias (quod est gratuita) præstat utilitates. Ex eo etiam qui sacerdotia gerunt moribus Aegyptiorum, ostendunt omnes res è liquoris potestate consistere: itaq; cum hydriam tegunt, que ad templum ædemq; casta religione refertur, tunc in terra procumbentes manibus ad coelum sublatis, inuentionibus gratias agunt diuina benignitatis.

## DE AQVAE INVENTIONIBVS.

CAPVT. I.

**C**VM ergo et à Physicis, et à Philosophis, et ab sacerdotibus iudicetur ex potestate aquæ omnes res constare, puta, quoniam in pluribus septē uoluminibus rationes ædificiorum sunt expositæ, in hoc opere de inuentionibus aquæ, quasq; habeat in locorum proprietatibus uitutes, quibusq; rationibus ducatur, & quemadmodum item ea probetur, scribere. Est enim maxime necessaria, & ad uitā, & ad delectationes, et ad usum quotidianū. Ea autem facilior erit, si fontes erunt aperti, & fluentes. Si autem non profluent, querenda sub terra sunt capita & colligenda, que sic erunt experiunda, uti procubatur in dentes, antequam sol exortus fuerit, in locis quibus erit querendum, & in terra mento collocato & fullo, prospiciatur et regiones. Sic enim non errabit excelsius quam oporteat uisus, cum erit immotum mentum, sed ad libratam altitudinem in regionibus certa finitione designabit.

PROCUMBENTIS IN DENTES UT A  
terreno uapore aquæ subsidentia inueniatur  
figura.

Tunc in